

LUTHERUS *in Comment.*

*Psal. XLV.*

**S**æpe monui, ut Hebræam Linguam disceretis  
 nec eam ita negligeretis. Etsi enim ejus linguæ  
 nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione,  
 discenda erat, quod pars quædam religionis & cul-  
 tus Dei sit, eam linguam docere vel discere, quæ  
 sola, quicquid unquam divini est, docet. *Et post:*  
 Arbitror, nos habituros religionis nostræ hostes  
 Hispanos, Gallos, Italos, & Turcas etiam, ibi  
 certè cognitione Linguæ Hebrææ opus erit. Scio  
 enim quantum mihi contra hostes meos profuerit,  
 quare hæc quantulacunque cognitione infinitis  
 aureorum millibus carere nolim. Et vos quoque  
 dabitis operam, qui aliquando docebitis religio-  
 nem, ut hanc quoque linguam discatis, si non pe-  
 cora campi & indoctum vulgus haberi vultis, quod  
 editis Germanicis libellis adjutum utcunque *Ev-*  
*angelia Dominicalia & Catechismum docet.*

ALPHONSUS MENDOZA, *Doct̃or*

*Salmanticensis in Quest.*

*positivis.*

**D**ico, non posse, meo judicio, verè dici Theo-  
 logum, qui in Ebraicis literis non mediocri-  
 ter fuerit institutus.

ואויבנו פלילים

FUN-